



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De eadem re. liiii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

los, vel fortilegos, aut eos qui profitentur artē aliquam, aut aliquos eorū similia exercentes cōsulens fuerit deprehensus, ab honore dignitatis suæ depositus, monasteriū ingressus, ibique perpetuæ pœnitentiæ deditus, scelus admissum sacrilegij, luat.

*De illis qui ad fascino incantationes fecerint.*

*Caput XLIX.*

**S**I quis præcantauerit ad fascino, vel qualescunq; præcantationes excepto Symbolū & orationem dominicā, qui cantat, & qui cantatur, tres Quadragesimas in pane & aqua pœniteat.

*Ex cōcil. Cabillo. cap. 5.*

*Quod demoniacum petras vel herbas sine incantatione liceat portare. Cap. L.*

**D**Aemonium sustinenti licet petras vel herbas habere sine incantatione.

*Ex dictis Hierony.*

*Ne maledici nisi se corrigant regnum Dei non possideant. Cap. LI.*

**A**postolus dicit: Neq; maledici regnū Dei possidebunt. Si quis hoc peccatū admiserit, tam grande pœniteat, quam grande perpetravit scelus, quod à regno Dei non separetur.

*Apostolus dicit.*

*De illis qui murmurant. Cap. LII.*

**S**I quis murmurans extiterit, videat ne pœnam murmurantium incurrat, de qua Apostolus dicit: Neque murmuraveritis sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Iuxta mensuram opusque peccati: quia in hoc sententia Apostoli pleniter declaratur, sacerdotis iudicio pœniteat.

*Ex cōcil. Moguti cap. 8.*

*De eadem re. Cap. LIII.*

**Q**ui contentiosus aut murmurans extiterit, secundum arbitrium prioris ita pœniteat, qualiter culpæ qualitas extat.

*Ex eodē.*

*De eadem re. Cap. LIIII.*

**A**postolus dicit: Omnia facite sine murmurationibus. Alienus sit à fratrum vnitatem qui murmurat, & opus eius abiiciatur.

*Apostolus dicit.*

*De contentiosis Cap. LV.*

**S**I quis videtur contentiosus esse, dicente Apostolo: nos stalem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei, si quis hoc facit notetur vsquequo corrigatur.

*Ex decret. Hylarū pap. c. 15*